



E Berhardus ex illustri familia baronū à Vualpurg originem habuit. Eum parentes à teneris annis omnis generis uirtutibus & optimis studijs imbuendum curarunt. Erat enim egregia indole & foelici ingenio præditus. Itaq; factum ut eruditione & pietate magnum sibi nomen compararit. Cum itaque eo tempore Henricus Constantiensis præsul obijisset, Eberhardus omnium canonicorum electione in eius locum Episcopus constitutus fuit, Anno Christi natiuitatis millesimo ducentesimo quadragesimo octauo. Itaq; ipse suam conditionem considerans, totius gregis forma extitit. Nam ijs horis quibus in templo conueniebatur, semper primus accessit, & ultimus abiit. Domi etiam suo exemplo omnes ad sobrietatem & literarum studia excitauit. Interea tamen redditus Ecclesiæ mirificè auxit, & plurimos adiacentes pagos emit, atq; suæ Ecclesiæ adiecit. Tandem anno administrationis suæ uicesimo sexto magno omnium luctu obijt, & in sua Ecclesia sepultus quiescit. Anonim. in Episcopis Constantien.

ueniebatur, semper primus accessit, & ultimus abiit. Domi etiam suo exemplo omnes ad sobrietatem & literarum studia excitauit. Interea tamen redditus Ecclesiæ mirificè auxit, & plurimos adiacentes pagos emit, atq; suæ Ecclesiæ adiecit. Tandem anno administrationis suæ uicesimo sexto magno omnium luctu obijt, & in sua Ecclesia sepultus quiescit. Anonim. in Episcopis Constantien.